

Pharmacopoea Londinensis, in qua medicamenta antiqua et nova usitatissima, sedulo collecta, accuratissime examinata, quotidiana experientia confirmata, describuntur.

Contributors

Royal College of Physicians, London

Publication/Creation

London : E. Griffin for J. Marriott, 1618.

Persistent URL

<https://wellcomecollection.org/works/jkz9nzkc>


License and attribution

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.



Wellcome Collection
183 Euston Road
London NW1 2BE UK
T +44 (0)20 7611 8722
E library@wellcomecollection.org
<https://wellcomecollection.org>



Pharmacopoeia Londinensis 1618.







4983

L XXVI 12

ST. C 16772

1st edition


May 1618

M. 1600

160

Oct 1925

250



This book pertains to
John Crimford apolitan



[Faint, illegible handwritten text, possibly bleed-through from the reverse side of the page.]





Pharmacopœa
Londinensis,

IN QVA
MEDICAMENTA
ANTIQUA ET NOVA
vsitatissima, sedulo collecta,
accuratissime examinata, quo-
tidiana experientia confirmata
describuntur.

Opera Medicorum Collegij
LONDINENSIS.

Ex Serenissimi REGIS mandato
cum R. M. Privilegio.



LONDINI
Excudebat Edwardus Griffin,
sumptibus Iohannis Marriot, ad
insigne Iridis albe in platea vulgo
dicta Fleet-street. 1618.



49094



Pharmacopoea

Londonensis

IN OVA


MEDICAMENTA

ANNO DOMINI MDCCCXXXV

Edictum Secretarii
in consensu Regni, quod
in Pharmacopoea Londinensi
adhibenda sunt

Quatuordecim
articuli

Enactum in Parlamento
Angliae et Normanniae
anno Domini MDCCCXXXV





SERENISSIMO
 PRINCIPI IACOBO
 MAGNAE BRITANNIAE,
 FRANCIAE, HYBERNIAE, &c.

REGI Collegium Medicorum
 LONDINENSIVM

Uxoribus & Filiis



NUMINIS cum hominibus com-
 mercium, facilemque ad superos
 aditum denotatura antiquitas;
 (licet sub obscura incertae noctis
 nebula titubans, non insagaci ta-
 men acumine) Deorum simula-
 chra sub humana specie varijs in-
 signita titulis templis intulit: mu-
 tisque statuis diuinos decreuit honores, & assignauit
 sacrificia quibus vel pacarentur, vel conciliarentur
 superi, inferi, medioximi. Principum plurimos ecc-
 litibus assidere voluit, eorum memoriam venerata,

EPISTOLA DEDICATORIA.

& nihil minus quàm summum in sublunaria imperium attribuens illorum æternitati, quos vt potentiæ suæ vicarios dum vitali fruerentur aurâ Iupiter constituerat; sic res in publicum bonum præclarè gestæ, atque in subditos paternæ curæ iuncta liberalis comitas; dignos præstiterant qui Deorum immortalium socij haberentur. Nos qui reducto velo & discussa caligine certiora nunc veri numinis beneficio figimus vestigia, vt cœlum justis precibus peruium, & *D. O. M.* ad pia vota facilem experimur: sic te Principem nostrum, (*REX SERENISSIME*) Reipublicæ Christianæ, Regnorum imprimis tuorum bono terris datum, erga pios probosque omnes flexibilem ac benignum, in tuos tenero & plus quàm paterno affectu propensum cernimus, agnoscimus, atque omnibus obsequij, officiorum, seruitij ritibus, quos omnipotens Regibus huiusce mundi Dijs assignauit, purè sanctèque colendū pronunciamus. Tam aptus natus es ad bona, ad iusta, ad augusta vt ab hac deflectere semita nec fas tibi sit, nec si velles datum; tantus est naturæ tuæ candor quæ virtutibus regijs ab incunabulis imbuta, nec nouo chromate tingi, nec veterem formam potest deponere! Sic Arcton aspicit magnetico spiritu mobile redditum ferrum, & quantumvis detorqueas ad punctum redit. Quid attulerit compendij toti Christiano orbi insigne illud pacis studium quo in mutuam perniciem ruentes principum potentissimorum animos blando amicitiae glutine foeliciter ferruminasti: Quid tuis populis æquitas, quæ in cæteris tui similibus mediocris, in te
summa

EPISTOLA DEDICATORIA.

summa tanquam in suæ actiuitatis sphaera triumphat; Quid veræ Ecclesiæ pastoralis ille amor quo gregem Saluatoris prosequutus, schismata tollere citra ambitiosum fastum quotidie studes, alij loquantur quorum penna nomen tuum posteritati non fucato stilo tradere audacter satagit, materiae vbertate diffluens, colorum quibus obumbrari si non deturpari solet memoria principum non indiga. Nos quibus MAIESTATI tuæ deuincti nodis viuamus explicemus liberè, & viuenti Domino ea persoluamus vota quæ Ioui nostro (iuuans quippe tu nobis pater) debentur. Vniuersalis ille recti bonique amor efficit vt dum næuos Rempublicam fœdantes sedulis perlustras oculis, Regiam aciem in Medicinæ castra deflexeris. Quot abs te istic conspectæ Lacunæ, quot hiatus? quot à via regia quam veri hygieias antistites calcant aberrantia diuerticula monentibus primarijs nostrum benigniter notare dignatus es? Exinde factum vt eodem momento cum errorum notitia tot defectuum resarciendorum irrequieta cupido animum tuum incesserit. In actione consistit virtus, quæ dum in motu est viget, situ obsita quiete elanguescit: in te Domine motu indefinente, veluti primum mobile ad se omnes animi tui facultates æternum rapit. Rectum norma est sui & obliqui: Propterea iussisti (R E X O P T I M E) vt ab ijs quos cæteris præluere in Medicina faciendâ æquum est sumerentur faciendorum exordia. Collegium nostrum Medicum ab *Henrico Octauo &c.* immunitatibus & priuilegijs donatum, tu Musarum omnium parens authoritate cumulare voluisti nequid deesset ad honoris

EPISTOLA DEDICATORIA.

noris culmen, né-ue relinqueretur lapis aliquis offendiculi. Ita potestate abs te concessa insigniti Medi-
næ proceres, in repurgando Augiæ stabulo, atque ad-
mittendis veris Asclepiadis, eliminandis ijs qui Lar-
uati saltem personam Medicorum induunt toti sunt.
Immortales tibi sint gratiæ (SERENISSIME
P R I N C E P S) quòd vel querelis nostris vel petitio-
nibus faciles quotidie aures accommodes, nec à no-
bis exoptatum quidquam hæctenus, vndè schola no-
stra passa sit repulsam. Sui semper similis virtus cubi-
co situ mutationum nescia subsistit. Hac freti fiducia
dum tua capessimus iussa, atque in replendis Lacunis
& reparando vallo versamur, id Senatui nostro vi-
sum est, artifici cuique ad scitum perfectumque opus
producendum, necessaria esse idonea instrumenta
quæ vrgente necessitate ex penu, vt tela ex armamen-
tario depromantur. Siqua in re anceps fluctuatio, ea
certè in re medica est admodum periculosa, in cuius
praxi, quantum homini datum est, statuenda sunt
certa remedia, quæ Deorum manus à veteribus
dicta, languentibus ægris tutò ab artis peritis admi-
nistrentur. Quilibet Medicus in antiquorum scriptis
vulgatas habet remediorum formulas: sed eas abin-
uicem vt plurimum discrepantes, ita vt in hac varie-
tate tyronum mentes dubiæ veluti in triuio consilij
inopes consistant, Pharmacopœorum opera incerti-
tudine parum fida, ipsis etiam inuitis reddatur. Pla-
cuit itaq; Medicorum Collegio *Londinensi* (cujus tu
R E X munificentissime tutelaris Deus es) tam anti-
qua quàm noua pharmaca necessaria in vnum con-

sedes collectas huiusmodi volumine cumulare & farcinare
non

EPISTOLA DEDICATORIA.

farcinare volumen, atque donum hoc leuidense tuis imponere aris; vel potius te non sinente tantum, sed etiam iubente Augustæ Maiestati tuæ offerre suppellectilem, quæ subditorum tuorum corpora in posterum à pestifera morborum lue sarta tecta que præferuentur. Fœtus isti gnesij si propitiam exporrigas frontem, solis tui perferent radios, qui spurios occæcare solent. Fac igitur vt pro tibi innato more salutarem fauoris tui auram opus hoc sentiat, cui supplices petimus vt liberum per regnorum tuorum limites indicas & necessarium com meatum. Vt veritas vna est sic certa sit eius notitia. Vitæ subditorum tuorum interest vt Medici quid præscripturi sint, Pharmacopœi quid in vsum paratum habituri compertum habeant. Vacillationis pœna non minoris quàm ipsius vitæ iactura constat. Tu qui juris legumque fautor es, capitis tuorum tutor esse velis. Edicto cautum sit ne alia vtantur ij quorum non minus fœliciter quàm justè habenas Regis Pharmacopœa, quæ non *Londinensis* solùm, sed ex vsu (si placet) Anglica in posterum indigitetur. Sic fiet vt à tritico secernantur paleæ, & agyræ atque circulatores quibus æquitas tua te reddit infensissimum à genuinis dignoscantur. Sic tu Iupiter eris Liberator: Sic acceptam tibi feret sanitatem tua Respublica; Sic denique dum summi inter humanas res boni Promotor & Conseruator eris, ejus cujus in terris locum obtines imitatore te prodes verum, & quamdiù durabit vniuersi machina memoriæ hominum heroicæ tuæ virtutes obuersabuntur, sicut tui pars melior viuet, tandem aliquando

do

EPISTOLA DEDICATORIA.

do tradita, aternitati: Quod vt serò contingat, imò
vt nulli nostrum id videre contingat; sed vt diutissi-
mè Mundo, patriæ, tuis, subditis, singulis nostrum
te incolumem seruet *D. O. M.* ex animo optant &
precantur

Maiestati tuæ

Humillimi Clientes & fidelissimi

Subditi *Socij Collegij Medicorum*

L O N D I N E N S I S.



Candido Lectori.



*Primum te saluere iubet, quæ maximè saluum te facit
Medicina; & quo melius adhuc saluti tuæ consulat no-
uam construxit officinam pharmaceuticam, quam non
instruxit modo locupletissima remedium saluberrimæ
suppellectile, verum & curam suscepit, ut illa sine frau-
de fidelius, sine errore tutius in salutem tuam compo-
nantur. Sed, opus inquis, quo non est opus. Cum præ-
ter veteres recentioresq; plurimos vix aliqua sit trans-
marina Ciuitas aut Academia, celebrior, quæ istam non
abundè spartam ornauerit verum id forsitan. At cedo, si*

*tot isti veteribus non acquieuerint Melue, Siluio, Nicholao & alijs; sed suum volu-
erint singuli Antidotarium; Romani suum, suum Veneti, Florentini suum, suum
Bergomenses, Augustani suum, & quos tacemus reliqui; quidni & Londinenses suum?
velut vestem propriam cuius non tanta laus est quod sit splendida quam quod propria,
non tam si è bisso sit aut purpura, sed si Anglis corporibus adaptata: præterea nos
tanta varietate non instrui, sed distrabi magis contigit; ista inopes nos Copia facit; &
morbis ille cui modo occurrimus totus est ex plenitudine. Quo vasta magis est silua,
pluresque semitæ, facilius per inuia, deuia dum vagantur, aberrant viatores. Quo
mare spaciosius, eo magis est opus Cinesura: qua destituti diu apud nos Pharmacopæi
varijs fluctibus iactari, & mille modis distrabi videbantur, dum vnus isto, iste alio me-
dicandi tramite incederet, vnus ad cordum, alius ad Fernelium, ad Augustanos alius,
ad suum forsitan alius speculum se componeret; idemq; remedium tot haberet Idææ quot
officinas: quod malum cum indies magis grassaretur, non sine summo tam Medicorum,
quam agrorum dispendio volumus hoc opusculo velut iacta Anchora sic fluctuantem
Pharmaciam stabilire, eamque certis limitibus, & Cancellis coercere, dum vnâ & v-
nicam componendi legem & methodum non docemus modo, sed imponimus & im-
peramus, a qua non liceat, vel latum (ut aiunt) vnguem aberrare, ut vno velut filo
ducti, tum Medici, tum Pharmacopæi, isti in præscribendo certius, hi in componendo
rectius progrediantur & vnanimes conueniant.*

*Necnon alia adhuc grauior est pestis, ad quam opus Antidotario; aliorum videlicet
summa fraus & impostura, qui lucelli gratia, & sordido aucupio fæces quasdam vilissi-
mas, & spurcissimas sordes sub Pharmacorum nomine & titulo venditant; imò quæ no-*

CANDIDO LECTORI.

bis in pretio sunt maximo Theriacam, Mithridaticam, & Alkermes aliaq. plurima adulterant; ut remedia non deueniant, sed venena, nec in solatium egris, sed pernicient. Qui sceleratissimi homicida, etsi flagello potius aut furca, quam Censura hac nostra coerceri debuerint; erunt tamen forsitan pro more Anglo saluandi beneficio libelli, & cum ipsis miselli egi, quorum vita & sanitati isto velut sacro codice consulimus. Eo libello consilium & salutare cuius tamen gloriam & laudem nobis ipsis non arripimus; sed (ut fateamur quod res est) eius caput altius, eius diuini origo à loue principium; à nostro inquam Augustissimo & (quod rarius) literatissimo, & (quod gratius) salutis publica vigilantissimo REGE IACOBO, qui ut pacem in orbe Christiano, unionem in orbe Britanno, conformitatem in orbe Ecclesiastico studuit semper & feliciter stabiluit; ita nostrum Orbem Apollinarem spheramq. medicam dignatus est lustrare suo lumine, legesq. salutare nobis condere pro concordia medica certa q. medendi symphonia, ut sicut antea animarum sic & corporum saluti; antea subditorum dignitati, modo illorum vita & sanitati consuleret, ut de illo verum sit, quod de sole Regius vates cecinit, nihil est secretum à calore eius; nihil ab eius cura seclusum aut immune; & insculptum videatur diuina manu idem pectori suo, quod nummo. Salus populi suprema Lex. Cum enim Pharmacopœis Londinensibus novas libertates & priuilegia noua indulserit, literis suis (ut appellantur) patentibus, hoc unum inseri; & exprimi imprimis voluit, ut cum Antidotarium istud prodiret in lucem, ad illud velut sacrum canonem religiose se astringerent: Legibusq. ferendis à Senatu medico obtemperarent. Cui verè Regio mandato equum nobis erat morem gerere; fecimusq. tandem ut in lucem prodeat Pharmacopœia Londinensis, apparatus nec sordido nec superbo, nec remediorum paupertate indiga, nec eorum mole aut tumens aut ambitiosa. In qua etsi doctam Antiquorum canitiem venerationem, eorundemq. remedia prima velut acie collocauimus, non tamen recentioris Chymia noua subsidia rejicimus aut aspernamur, sed illis locum & angulum à tergo concessimus, ut famulentur dogmatica Medicina; & velut manus auxiliares inseruiant; neq. verò tam superstitiose incessimus Antiquorum vestigijs, ut nihil ex nostro penu nouum apportemus; non enim qua hic descripta, transcripta sunt omnia, aut mercibus solis transmarinis, & exoticis officinam nostram instruximus, sed quae ad adiicimus noua & nostra, qua crebro vsu probata nunc primum in lucem prodeunt publicam; quaedam etiam in antiquis formulis immutauimus saluo tamen authoris sensu & nomine, non tam nouitatis studio, quam necessitate coacti, praesertim ubi non occurrunt, qua praescribuntur simplicia, in quorum locum alia suffecimus qua facultatum cognatione simillima videbantur, pariterq. fecimus in modo pilulas componendi, qua si antiquo more cum succis aut aquis in massam redigantur citò siccitatem nimiam vel situm contrahant, ideoq. Syrupis accommodatis pro diuturniori custodia utendum voluimus. Cum verò in plurimis authoribus, quaedam penitus relinqui soleant artificum iudicio, potissimum in mellis & sacchari mensura, sub duabus literulis q. s. vel voculis, quantum satis; unde eiusdem pharmaci non eadem apud omnes consistentia nec facultas eadem; nos de libero artificum arbitrio potestatem omnem in posterum ademimus, & in eandem rem quosdam à Pharmacopœis ipsis in hoc artificio versatissimis adhibuimus in concilium, quorum ope & opera de certo componendi modo, certa q. mensura conuenimus & dosin designauimus cui nec addant illi nec adimant. Deniq. cum in plerisque Antidotarijs, tum priscis tum recentioribus vsus & facultas cuiusque remediij exprimat, unde tam inscij, quam impij Circumforanei & agirta, ex hac pharetra seipsos muniant ad praxin medicinae, nostrosq. gladios insani homunciones in Reipublica perniciem arripiant, ideo de remediij viribus nihil adiecimus: solis enim doctis hac scribimus & Apollinis alumnis, ad vulgi

CANDIDO LECTORI.

non intellectum sed salutem. De ordine quo omnia disposuimus, rationem non opus est reddere, simplicia compositis; interna, externis; liquida solidioribus pramissimus; in suas classes singula digestimus, unde nullo negotio depromi, in usumque & praxim referri possint. Habes (Amice Lector) quid fecimus, cur fecimus; Opus quale in fabulis Pandora, in illam Dy omnes; in hoc Collegio omnes sua symbola contulerunt, sub auspicijs dignissimi Præsidis, quo non modo Consule aut præside, sed cuius consilio & auxilio & indefesso studio, tectum modo & fastigium huic tanto operi imponitur; quod ante annos aliquot inceptum condi, sed inceptum, cuius non cepta surgebant turres ut Poëta lusit. Quale iam aut quantulumcumq; sit Amice Lector tuo bono & publico fore commodum speramus & venemus; quod si & palato tuo arrideat utere & Vale.

à Collegio Londinenli septimo die Maij, anno 1618.

A briefe of his MAIESTIES royall Proclamation
 commanding all Apothecaries of this Realme to follow
 this PHARMACOPOEA lately compiled by the
 Colledge of Physicians of LONDON.



Hereas by our especiall commandement there hath beene of late compiled in the Latine-tongue by the Colledge of Physicians of London a booke entituled Pharmacopœa Londinensis &c. And whereas through the great care and industrie of the said Colledge, the foresaid Pharmacopœa Londin: is now perfected, and is a worke greatly tending to the publique good of our Subiects, and we minding that all falshood, differences varieties, and uncertainties in making or composing of Medicines, and distilling of Oyles, or Waters hereafter be utterly taken away and abolished, and that in the time to come the manner and forme prescribed by the said booke should be generally and solely practised by Apothecaries in their compositions of Medicines, and distillation of waters for all such things as are therein named and prescribed: We therefore desirous in all things, to provide for the common good of our Subiects, and intending to settle and establish the generall use of the said booke in this Realme of ENGLAND doe hereby signifie and declare our Royall will and pleasure to be, and hereby straightly require, charge, and command all and singular Apothecaries, within this our Realme of ENGLAND or the dominions thereof, that they and every of them, immediately after the said Pharmacopœa Londin: shall be printed and published doe not compound, or make any Medicine, or medicinable receipt, or prescription, or distill any Oyle, or Waters, or other extractions that are or shall be in the said Pharmacopœa Londin: mentioned and named after the waies or meanes prescribed or directed, by any other bookes or Dispensatories whatsoever, but after the onely manner and forme that hereby is or shall be directed, prescribed, and set downe by the said booke, and according to the weights and measures that are or shall be therein limited, and not otherwise &c. upon paine of our high displeasure, and to incurre such penalties and punishment as may be inflicted upon Offenders herein for their contempt or neglect of this our royall commandement. Willing and commanding also hereby all Mayors, Sheriffes, Iustices of peace, Constables &c. Given at our Pallace of Whitehall 26 of Aprill in the 16. yeere of ourraigne of England, France, and Ireland, and of Scotland the 51. 1618.

THE Kings most Excellent Maiesly hath not onely commanded the publishing of this booke, but hath farther beene gratically pleased to grant full and sole priviledge unto John Mariot of London Stationer (and Printer of this worke) his Executors, Administrators, Deputies, and Assignes, for 21. yeeres next ensuing, to imprint, or cause to be imprinted, and to sell assigne and dispose of, to his and their best benefit and auaile, this booke, and bookes, as well in the Latine as English tongue, as also in any other Language or tongue whatsoever: Straightly prohibiting any other during the said time, to imprint or cause to be imprinted, to import, utter, or sell, or cause to be imported from any the parts beyond the seas, uttered or sold, the said booke or bookes, or any part thereof within any of his Maiesties Realmes and Dominions (without the speciall licence, and consent of the said John Marriot his Executors, Administrators, Deputies, and Assignes first had and obtained in that behalfe) upon paine of his Maiesties high displeasure, and to forfeit five pounds of lawfull English mony for every such booke or bookes, or any part, or parts thereof imprinted, imported, uttered, or sold contrary to the true meaning of this priviledge, beside the forfeiture of every such booke or bookes, &c. as more at large appeareth by his Maiesties letters patents dated the twentieth of March in the fiftenth yeere of his Maiesties reigne of ENGLAND France and Ireland, and of SCOTLAND the fiftieth. 1618.



NOMINA D. D. COLLEGARVM
SOCIETATIS MEDICORVM LONDI-
NENSIVM HODIE VIVENTIVM.

HENRICVS ATKINS Doc: Med: Regis Medicus
ordinarius, & Collegij Medicorum Londinensium
Præsicens.

THEODORVS DE MAYERNE Medicinæ Doctor,
Regiarum Majestatum Medicus primarius.

GVLIELMVS PADDY Eques } Regij Medici ordinarij.
IOHANNES CRAIG }

THOMAS FRYER.

THOMAS MONDEFORDE.

MARCVS RIDLEY.

EDWARDVS LISTER.

RICHARDVS PALMER.

IOHANNES CRAIG iunior.

IOHANNES ARGENT.

EDWARDVS IVRDEN.

IOHANNES GIFFORD.

FRANCISCVS HERRING.

MATHÆVS GWIN.

MATHÆVS LISTER iunior.

NOMINA D. D. COLLEGARVM &c.

GVLIELMVS HARVEY.
GVLIELMVS CLEMENT.
SIMON FOX.
LEONARDVS POE.
ROBERTVS FLVDD.
RICHARDVS ANDREWES.
THOMAS PATTISON.
THEODORVS GVLSTON.
IOHANNES COLLINS.
SIMON BASKERVILE.
THOMAS WINESTONE.
EDWARDVS WILSON.
GEORGIUS ROGERS.
IOHANNES RAVEN.
PAVLVS DE LAVNE.
ELIAZER HODSON.
OTHOWELLVS MEVERELL.
ALEXANDER RAMSEY.

TYP.

TYPOGRAPHVS LECTORI.

EN candori tuo locum ; vt ego dum agnoscam, tu ignoscas tot mendis & erroribus, qui nescio qua seu incuria seu festinatione nimia in libellum istum irreperunt.

In Epistola Dedicatoria pag. 3. linea vlt. voluisti pro voluisti. In Epistola lectori lin. 11. lege ornauerit. Verum id forsan: lin. 22. Cordum, pag. 2. lin. 10. feliciter stabiluit.

Pag. 1. lege Abrotani. Artemisiz. Centinodiz. Chamæmeli. pag. 2. lege Pratiij. Nymphææ. Scolopendrij. Solani. p. 3. Chelidonij. Cinnamomi, & sic quoties occurrunt: lin. vlt. lege libra dimidia. p. 4. lege limaturæ Cornu Unicorni. Columna 2. lin. vlt. lege redacti. p. 5. lege matracium. Caryophyllatæ, & vbiunque occurrunt. Scillæ. Meliloti. Althææ. Cymini. Buglossi. Chamæpityos. Cyperi &c. p. 10. c. 1. l. 16. lege & colaturæ adde. c. 2. l. 24. lege vsu aqua colata. p. 15. Vinum Abinthites. p. 15. c. 1. lege Insolentur. p. 17. c. 1. lin. antepenult. lege vnciam semis. p. 19. lege Dicum. p. 20. lege Cancrorum fluuiatilium. p. 22. col. 1. l. 4. lege libram vnam. l. 14. Succis acidis. p. 24. c. 1. l. 17. lege Colaturam demum. p. 25. c. 1. Macerentur, col. 2. pro q. f. lege libram vnam. p. 27. c. 2. l. 7. lege adde Colaturæ. p. 30. c. 1. l. 12. lege & Colatura cum Sacchari. col. 2. pro sufficienti quantitate lege libris duodecim. & lin. 35. pro q. f. lege addantur Mellis & Sacchari ana librarum duarum. p. 33. lege earum vice Caryophyllatæ duplicatæ. p. 35. c. 2. l. 15. dele expuma & cola. p. 36. lege Cymarum & sic vbi que. p. 37. c. 1. l. 4. lege quibus colatis cum Sacchari. col. 2. Tamarisci. p. 38. col. 2. lege Succi Mororum Celsi & Rubi immaturorum. p. 45. col. 1. l. 9. Croci drachmas tres. p. 52. c. 1. l. 9. Coustant. l. 17. lege Amyli. p. 53. pro razæ legeratæ. p. 54. Angelicæ. p. 61. lege Penidiorum. p. 62. c. 2. l. 34. lege ana. scrupulū. p. 70. Topasij. p. 74. c. 2. l. 30. lege conquisitis. p. 76. c. 1. l. 17. pro vncias octo lege vnciam vnam. col. 2. l. 4. lege Sagapeni ana. drachmas tres. p. 78. c. 1. l. 20. lege Cinnamomi, Zinziberis ana. drachmam vnam semis. p. 79. c. 1. l. vlt. lege triplum ad pondus specierū. p. 80. lege Turpeti. l. 17. pro. Enulæ lege Efulæ. p. 81. pro Cassia lege Diacassia. p. 82. c. 1. lege Diacarthamum seu Diacnicū. l. penult. lege coctæ. p. 85. c. 1. l. 23. lege libris duabus. p. 91. c. 1. l. 20. lege Ireos. Masticis. p. 92. lege Arthriticæ. p. 100. c. 1. l. 25. post Maltichies adde Folij vel Macis. p. 101. c. 2. Cyperus transferatur ad dosin Scolopendrij. p. 102. c. 2. lege Eupatorij id est Agerati. p. 109. c. 2. l. 1. dele cum & pone sine iure. l. 10. lege pyxidem. p. 119. c. 2. l. 20. dele ad vini consumptionem. p. 120. c. 1. l. 26. deest ana. p. 123. col. 1. l. 25. adde Cinnamomi. col. 2. l. 14. dele Antequam. l. 15. vncijs. l. 27. adde Emblicarū. p. 126. c. 1. l. 25. adde Picis Græcæ. p. 127. Fenugræci & sic vbi que. p. 130. c. 1. l. 16. lege affunde Succi rosarum rubrarum vncias sex. p. 131. c. 2. l. 25. adde Resinæ. p. 132. c. 1. l. 26. lege ana. col. 2. l. 5. lege vnciæ tres. l. 8. vncia dimidia. l. 9. vncia vna. l. 10. vnciæ quatuor. l. 16. Pyrethri. p. 133. c. 2. l. 6. Scammonij vbi que. p. 134. c. 2. post Sorborum lege Mespilorum. p. 135. c. 1. l. 4. lege Corticum Glandium, & sic antea in eodem vnguento. l. 16. lege Hæmorrhoidale. l. 26. dele numero vnum. col. 2. l. 24. pro Saluiz lege Sabinæ. l. 28. Ocimi. p. 136. c. 2. Periclymeni. p. 142. col. 2. l. penult. adde ana. p. 143. col. 1. l. 8. tabrorum. p. 150. c. 2. Centaurij vbi que. p. 151. c. 1. In Emp^o Neruino adde Lithargyri auri & argenti ana. vncias duas semis. Minij vncias duas. col. 2. l. 6. pro Thurem, Thus. pag. 154. c. 1. In Cerato de Galbano adde Alisæ fetidæ vnciam dimidiam, & Sem: Dauci scrupulum vnum. pag. 159. col. 2. Cooperculo. p. 163. c. 2. l. 4. pone; In titulo paginarum 163, 165, & 167. expungatur Olea. p. 167. col. 1. l. 2. lege sit. pag. 172. c. 1. l. 18. abeunt. col. 2. l. 24. Guaiaci. p. 175. Aloes. col. 2. l. 7. segregari. p. 176. col. 2. l. 13. potissimum. p. 177. vitriolatus. Margaritæ. p. 178. c. 1. l. 17. Abeunt. pag. 180. Scammonij.



AQVÆ SIMPLICIO. RES IN OFFICINIS PARANDÆ.

Aqua Abrotani.
Absinthij.
Acetosæ seu Oxalidis.
Acetosellæ seu Liniulæ.
Agrimonia.
Angelicæ.
Arthemisia.
Betonica.
Boraginis.
Buglossi.
Bursæ pastoris.
Calaminthæ.
Calendulæ.
Cardui benedicti.
Caudæ Equinæ.
Centinodij, siue Polygoni.
Ceraforum nigrorum.
Ceresolij.
Chamomillæ.
Chelidoni.
Cichorij.

Aqua Cochleariæ.
Cochlearum.
Consolidæ maioris.
Endiuia.
Eupatorij.
Euphrasiæ.
Farsaræ seu Tussilaginis.
Florum Anthos.
Caprifolij.
Cyani.
Fabarum.
Lanij.
Tunicæ.
Feniculi.
Fragariæ.
Fraxini.
Fumariæ.
Galegæ.
Graminis.
Hyssopi.
Iuæ arthetica.

B

Lactucæ.

Aqua Lactucæ.
 Lauendulæ.
 Lilij Conuallii.
 Maluæ.
 Marrubii seu Præfsii.
 Matricariæ.
 Meliffæ.
 Mellis.
 Mentaftri.
 Menthæ.
 Nymphææ.
 Ononidis.
 Papaueris rubri.
 Parietariæ.
 Petroselinii.
 Pimpinellæ.
 Plantaginis.
 Pœoniæ.
 Polygonati, i. Sigilli Salomonis.
 Portulacæ.
 Primulæ veris.

Aqua Prunellæ.
 Quercus, fc. germinum.
 Roris Maialis.
 Rosarum } Albarum.
 } Damascenarū.
 } Rubrarum.
 Rutæ.
 Sabinæ.
 Saluiæ.
 Sambuci.
 Saxifragiæ.
 Scabiofæ.
 Scolopendriæ.
 Scordii.
 Scrophulariæ.
 Solatri.
 Spermatis Ranarum.
 Valerianæ.
 Veronicæ.
 Violarum.
 Vitium lachrymæ.

AQVÆ COMPOSITÆ.

AQVA ABSINTHII MINVS COMPOSITA.

℞ Absinthii Sicci libras duas.
 Semin: Anisi libram dimidiam.
 Macerentur in spiritus tenuioris aquæ vitæ congiis sex, per horas viginti quatuor, deinde extrahatur spiritus per Alembicum addendo post distillationem.

Sacchari purissimi quantū satis.
 Eodem modo parantur
 Aquæ Folior. Angelicæ cum toto.
 Semin: Anisi.
 Cortic: Aurantium.
 Limonum.
 Herbar: Meliffæ.
 Menthæ.
 Rorismarini.
 Saluiæ, &c.

AQVA

AQVA ABSINTHII MA-
GIS COMPOSITA.

℞ Absinthii Pontici.
Vulgaris ana. librā
Saluiæ. vnam.
Menthæ.
Melissæ ana. manipul. duos.
Radic: Galangæ.
Zinziberis.
Calami aromatici.
Enulę Campanæ ana.
drachmas tres.
Glycyrrhię vnciam
vnam.
Vuarum passarum exacina-
rum vncias tres.
Semin. Anisi.
Fœniculi dulcis ana.
drachmas sex.
Cinamomi.
Caryophyllorum.
Nucis Moschataę ana.
drachmas duas.
Cardamomi.
Cubebarum, ana. drach-
mam vnam.

Incidantur incidenda, Contun-
dantur contundenda, & in

Vini Hispanici libris viginti
quatuor infundantur per horas
viginti quatuor, deinde distillen-
tur in Alembico secundum artem:
post adde Sacchari ad gratiam.

AQVA ANGELICÆ MA-
GIS COMPOSITA.

℞ Angelicę libras duas.

Anisi femilibram.
Coriandri.
Carui ana. vncias quatuor.
Zedoarię concisę vncias tres.

Macerentur in spiritus vini tenui-
oris sex congiis per horas viginti
quatuor, deinde extrahatur spiri-
tus fortis.

AQVA BEZOARTICA
LANGII.

℞ Chelidonię cum radicibus lo-
tis manipul. tres semis.

Rutę manipul. vnum.
Scordij manipul. duos.
Dictamni cretensis.

Cardui benedicti ana. manipul.
vnum semis.

Radic: Zedoarię.
Angelicę ana. drachmas
tres.

Cortic: Citri.
Limonum ana. drach-
mas duas semis.

Florum Tunicę.
Rosarum ana. drach-
mas duas.

Cinamomi drachmas
duas semis.

Caryophyllorum drach-
mas duas.

Incidenda incidantur & triduum
macerentur in libris tribus vini
sublimati ter distillati,

Vini Maluatici.
Aceti florum Tunicę ana. li-
bras dimidia.

B 2 Tandem

Tandem lento igne per B.M. distillentur, cui adde

Theriacæ Andromachi vncias tres.

Mithridatij vnciam vnam semis.

Camphoræ scrupulos duos.

Trochiscorū de vipera drachmam vnam semis.

Macis drachmam vnam semis.

Xyloaloes scrupulos duos.

Santali Citrini drachmam vnam semis.

Cinamomi drachmas tres.

Caryophyllorum drachmas duas semis.

Conseruæ florū Tunicę vncias duas.

Semin: Cardui benediçti vnciam vnam.

Specierum Electuarii liberantis scrupulos quinque.

Limaturæ Vnicornis vel Cerui drachmā vnam semis.

Macerentur in priori distillatione per biduum, & lentissimo igne distillentur per B.M. bis vel ter.

Postquam ad medias facta fuerit distillatio, quod in vesica erit, coletur per pannum lineum, Colatura distillatione reducatur in Extractum mellagineum, quod aseruetur sub nomine Extracti Bezoartici; & hoc modo ex omnibus penè aquis compositis Extracta parari possunt.

AQVA CAPONIS.

℞ Caponem euisceratum, atque in frustra incisum, adempta pinguedine, decoquatur in quantitate sufficienti aquæ secundū artem.

℞ Brodij colati libras duas semis.

Aquarum Boraginis.

Buglossæ.

Vini albi ana. librā vnam semis.

Flor: Rosarum.

Violarum.

Buglossæ.

Boraginis ana. drachmas duas.

Micarum Panis recentis librā dimidiam.

Cinamomi electi vnciam vnam.

Distillentur in Alembico vitreo secundum artem.

AQVA CINAMOMI.

℞ Cinamomi contusi libram vnam semis.

Vini Hispanici libras duodecim.

Macerentur & distillentur per Alembicum. Stillatio liquoris addatur libra vna Sacchari purissimi in tenuissimum pollinem reducti, si videbitur.

AQVA

AQVA CINAMOMI
MATHIOLI.

℞ Cinamomi contusi libram vnā.
ponatur in metratium affundendo
Aquæ Rosacæ libras quatuor.
Vini Hispanici librā vnā semis.
& optimè occluso vase ponatur
in Balneum tepidum per horas
viginti quatuor, deinde aperto
vase & superposito rostro distil-
latur s. a. iuncturis optimè clausis,
ne quid transpiret.

AQVA CINAMOMI
CLARETA D. MEYERNII
PER INFVSIONEM.

℞ Cinamomi interioris contusi
vncias quatuor.

Spiritus vini rectificatissimi li-
bras duas.

Fiat infusio per quatrduum vase
amplo, vitreo, subere & vesica ap-
primè clauso, vas quotidie bis ter-
ue agitando. Scorsim vero dis-
soluatur libra dimidia Sacchari
candi ChrySTALLINI in libris dua-
bus Aquæ Rosarum. Miscean-
tur isti duo liquores colati, & in-
datur nodulus continens

Ambra griseæ scrupulum di-
midium.

Moschi Orientalis grana qua-
tuor.

seruetur ad vsum.

AQVA COELESTIS
MATHIOLI.

℞ Cinamomi vnciam vnam.
Zinziberis vnciam dimidiam.
Santalorū omnium ana. drach-
mas sex.
Caryophyllorum.
Galangæ.
Nucis Moschatæ an. drachmas
duas semis.
Macis.
Cubegarū ana. drachmā vnam.
Cardamomi vtriusque.
Semin: Melanthij ana. drachmas
tres.
Zedoariæ vnciā dimidiā.
Semin: Anisi.
Fœniculi dulcis.
Pastinacæ siluestris.
Ocimi drachmam vnam
semis.
Radic: Angelicæ.
Garyophyllatæ.
Glycyrrhizæ.
Calami odorati.
Phu minoris.
Folior: Sclareæ.
Thymi.
Calaminthæ.
Pulegij.
Menthæ.
Serpilli.
Maioranæ ana. drachmas
duas.

Florum

Florum Rosarum rubrarum.

Saluiz.
 Rorifmarini.
 Betonicæ.
 Stœchados.
 Buglossæ.
 Boraginis ana. drachmam
 vnam semis,
 Corticum Citri drachmas tres.
 Specierum Diambæ.
 Aromatici rosati.
 Diamoschi dulcis.
 Diamargariti frigidi
 Diarhodonis Abba-
 tis.
 Electuarij de Gem-
 mis an. drachmas
 tres.

Terantur quæ terenda sunt, &
 macerentur per dies quindecim in
 libris duodecim aquæ vitæ opti-
 mæ, in vase vitreo optimè clauso,
 deinde distillentur in B. f. a.

Postea aquæ distillatæ adde
 Santali Citrini contusi drach-
 mas duas.

Moschi.

Ambæ griseæ in tela rara liga-
 torū ana. scrupulum vnum.

Iulepi Rosati clari libram vnā.
 Optimè simul conquassentur, vt
 Iulepum cum aqua benè incorpo-
 rari possit, deinde clauso vasis ori-
 ficio, cum cera & charta pergama-
 na, seponantur, dum residuum
 deposuerint, & aqua sit facta
 clara.

AQVA CORDIALIS
Dⁿⁱ MOVNDEFORDII.

& Foliorum Angelicæ libram di-
 midiam.

Folior: Cardui benedicti vncias
 sex.

Melissæ.

Saluizæ ana. vncias quatuor:

Glycyrrhizæ libram vnam.

Semin: Angelicæ vncias sex.

Semin: Fœniculi dulcis vncias
 nouem.

Herbæ ficcæ, Glycyrrhiza &
 femina crassiusculè contun-
 dantur, quibus adde

Specierum Aromatici Rosati
 Gabrielis.

Diamoschi dulcis ana. vn-
 ciam vnam semis.

Infundantur per biduum in vini
 Hispanici libris triginta duabus,
 distillentur secundum artem, lento
 igne, & extrahe, aquæ fortioris li-
 bras decem, quibus post biduum,
 adde sacchari libram vnam semis
 soluti in Aquæ Rosacæ libra vna
 semis super ignem.

Ex reliquijs aquæ mitioris libræ
 sex aut plures extrahantur pro ve-
 hicularum Cordialium.

AQVA CORDIALIS FRI-
GIDA SAXONIÆ.

& Succî Boraginis.

Buglossæ.

Buglossæ.
 Melissæ.
 Bistortæ.
 Verbenacæ.
 Oxylapathi.
 Acetosæ.
 Rutæ Caprariæ.
 Myrrhidis.
 Cyani maioris,
 minoris, vel du-
 plum minoris.

Rosarum.
 Calendulæ.
 Limonum.
 Citri ana. vncias sex.

Succi Pimpinellæ.
 Pentaphylli ana. vncias
 tres.
 Aceti vini albi libram
 vnam.

Semin: Portulacæ.
 Florum Nymphææ ana.
 vncias duas.
 Terræ Lemniæ.
 Silefiacæ.

Samie ana. vnciam
 vnam semis.

Specierū Diatriumfan-
 talorū drachmas sex.

Margaritarum præpara-
 tarum cum acido Ci-
 tri drachmas tres.

Infundantur species omnes (præ-
 ter terras & margaritas) in succis,
 & facta maceratione per tres dies
 distillentur in B. per Alembicum
 vitreum. Liquori stillatio ad-
 dantur terræ cum Margaritis,

atque in eo continuo relinquantur.

AQVA EPILEPTICA LANGII.

℞ Florum Tiliæ manipul. tres.
 Lilij Conuallij manipul: quin-
 que.

Semin: Pœoniæ conquassatorū
 vnciam dimidiam.

Infundantur in libris quinque
 vini albi optimi per dies octo, de-
 inde distillentur in B. M. lento
 igne, postea

℞ Florum Rorismarini manipul:
 dimidium.

Florum Lauendulæ manipul:
 vnum.

Herb: Rutæ manipul: vnum.

Betonicæ manipul: dimidium.

Stœcados Arabic: pugil: vnū.

Radic: Pœoniæ drachmas duas
 semis.

Dictamni albi drachmas duas

Squillæ præparatæ drachmam
 vnam semis.

Pyrethri drachmam dimidiam.

Visci Quercini drachmas duas.

Castorei optimi drachmā vnā.

Cubebæ.

Cardamomi ana. scrupul. vnū.

Macis semidrachmam.

Caryophyllorū scrupul: duos.

Nucis Moschatae scrupul: vnū.

Infundantur incisa & conquassata
 per dies sex in prædicta distillati-
 one,

one, & iterum distillentur per Alembicum in B. M. lento igne, & feruetur in vitro exquisitè clauso. Extractum Antepilepticum effi-
cax vna eademq; paretur opera.

AQVA HYSTERICA
D^{is} MAYERNII.

℞ Succi Radicum Bryoniæ libras
quatuor.

Succi Rutæ.

Artemisię ana: libras duas.

Folior: Siccorum Sabinæ mani-
pul. tres.

Matricariæ.

Nepetæ.

Pulegij regalis ana: ma-
nipul. duos.

Folior: Ocimi.

Dictamni Cretici ana.
manipul. vnum semis.

Cortic: Aurantiorum flauis re-
centis vncias quatuor.

Myrrhæ vncias duas.

Castorei vnciam vnam.

Vini Canarini generosissimi li-
bras duodecim.

Digerantur per quatrimum vase idoneo, mox fiat in Balneo distil-
lato, deinde sub medium distil-
lationis expressio & colatura, &
tandem per distillationis conti-
nuationem & tincturæ inspissa-
tionem præparetur. Extractum
Hystericum.

AQVA IMPERIALIS.

℞ Cortic: Citri ficci.

Aurantiorum.

Nucis Moschata.

Caryophyllorum.

Cinamomi ana. vncias
duas.

Cyperii.

Ireos Florentinæ.

Calami aromatici ana.
vnciam vnam.

Zedoariæ.

Galangæ.

Zinziberis ana. vnciam
dimidiam.

Summitat: Lauendulæ.

Rorismarini ana. ma-
nipul. duos.

Folior: Lauri.

Maioranæ.

Hyssopi.

Melissæ.

Menthæ.

Saluiæ.

Thymi ana. manipul.
vnum.

Rosarum albarum.

Pallidarum recentium
ana. manip. dimidium.

Aquæ Rosarum libras
quatuor.

Vini albi optimi libras
octo.

Contusis contundendis infun-
dantur per horas viginti quatuor
in Alembico vitreo super cineres
calidos

calidos, deinde distillentur vt artis est.

**AQVA MELISSÆ
MAGIS COMPOSITA.**

℞ Melissæ libram vnam.

Thymi.

Pulegij ana. drachmas tres.

Cinamomi drachmas duas.

Cardamomi minoris drachmā vnam.

Granorum Paradisi vnciam dimidiam.

Semin: Fœniculi dulcis vnciam vnam.

Nucis Moschatæ.

Zinziberis ana. drachmā vnam.

Galangæ drachmas sex.

Calami aromatici.

Cyperi ana. drachmam vnam semis.

Dictamni drachmam dimidiam.

Contundantur omnia & infundantur in vini Hispanici libris octo.

Ceruissæ fortis libris sex.

Distillentur per Alembicum.

**AQVA MELLIS
D. MAYERNII.**

℞ Mellis purissimi libras quatuor.

Arenæ siccissimæ libras duas.

Ponantur in cucurbitam tam capacem, vt materia quintam saltem vasis partem occupet, atque in Balneo phlegma in cineribus paulo intensiore gradu ignis aqua acida flaua proliciatur.

AQVA MIRABILIS.

℞ Caryophyllorum.

Galangæ.

Cubebæ.

Melliloti.

Cardamomi.

Nucis Moschatæ.

Zinziberis ana. drachmā vnam.

Succi Chelidoniæ libram dimidiam.

Aquæ vitæ libram vnam.

Vini albi libras tres.

Infundantur & distillentur per Alembicum.

**AQVA RORIS SOLIS
vulgò dicta, ROSA SOLIS.**

℞ Nucis Moschatæ.

Semin: Anisi.

Coriandri ana. vnciam vnam.

Galangæ.

Zinziberis.

Caryophyllorum ana. vnciam dimidiam.

C Rosarum

Rosarum rubrarum manipul.
vnum.

Roris Solis manipul. quatuor.

Glycyrrhizæ rasæ vncias duas.

Cardamomi.

Zedoaria.

Granor: Paradisi.

Calami aromatici ana. drach-
mam vnam.

Santali citrini drachmas duas.

Santali rubri.

Cinamomi ana. vnciam vnam
semis.

Aquæ vitæ optimæ libras duo-
decim.

Infundantur f. a. & postea adde
Sacchari libram vnam semis.

AQVA DOCTORIS STEPHANI.

℞ Cinamomi.

Zinziberis.

Galangæ.

Caryophyllorum.

Nucis Moschata.

Granor: Paradisi.

Sem: Anisi.

Fœniculi.

Carui ana. drachmā vnam.

Herb: Thymi.

Serpilli.

Menthæ.

Saluiæ.

Pulegij.

Rosarum rubrarum.

Chamomillæ.

Parietariæ.

Origani.

Lauendulæ.

Rorismarini ana. manipul.
vnum.

Vini Gasconij libras octo.

Infundantur omnia per horas
duodecim, deinde in Alembico
distillantur.

AQVA THERIACALIS LVGDVNENSIS PER INFVSIONEM.

℞ Vini optimi distillati aliquoties
Vini Cretici.

Aceti acerrimi in quo semina
Rutæ fuerint incocta ana. libras
duas.

Theriacæ electæ.

Mithridatij optimi ana. libram
dimidiam.

Misce ac insolentur, vel tepore
Balnei aliquandiu calefiant ac de-
inde asseruetur vsui aqua colata.

AQVA THERIACALIS STILLATIA DIS MAYERNII.

℞ Succu putaminis viridis nucum
Iuglandium libras quatuor.
Succu Rutæ libras tres.

Succorum

Succorum Cardui benedicti.
 Calendulæ.
 Melissæ an: libras duas
 Radic: Petasitidis recentium librâ
 vnam semis.
 Radic: Bardanæ libram vnam.
 Radic: Angelicæ 2 recentiũ an:
 Imperatoriæ 5 vncias sex.
 Folior: Scordij manip. quatuor.
 Theriacæ Andromachi veteris &
 probatæ.
 Mithridatij ana. vncias octo.
 Vini Canarini generosissimi li-
 bras duodecim.
 Aceti vini albi acerrimi libras sex.
 Succu Limonum libras duas.

Fiat per biduum digestio in fi-
 mo equino, vel Balneo, vase opti-
 mè clauso, deinde per Balneum
 distillatio: & hinc inter distillâ-
 dum paretur extractũ Theriacale.

A Q V A V I T Æ

vulgò sic dicta, vbique venalis,
 ad vsu pauperum.

R Ceruisiæ & fœcum vini ana.
 quantum vis, extrahatur spiri-
 tus tenuis in Alembico amplo,
 cuius rostrũ per aquam frigi-
 dam transeat, in cuius spiritus
 congijs decem macera semin:
 Anisi parum contusorum li-
 bram vnam, per horas viginti
 quatuor, deinde extrahatur spi-
 ritus fortis.

A Q V A C O M P O S I T A.

Fit ex spiritibus tenuioribus vi-
 ni, in quorum congijs sex mæce-
 rentur,

Sem: Anisi semilib.

Fœniculi.

Carui ana. vnciæ duæ.

Caryophyllorum.

Cinamomi.

Zinziberis an: vncia dimidia.

Et postea extrahatur spiritus for-
 tior.

S P I R I T V S C A S T O R E I

D. M A T E R N I I.

R Castorei recentis vncias qua-
 tuor.

Florum Lauendulæ recentium
 vnciam vnam.

Summitat. Saluiæ & Rorisma-
 rini ana. vnciam dimidiam.

Cinamomi interioris drachmas
 sex.

Macis.

Caryophyllorum an. drachmas
 duas.

Spiritus vini rectificati libras
 sex.

Digerantur in Phiala, ad tertias
 tantum repleta, vesica bubula &
 subere optimè clausa per biduum
 in cineribus tepidulis vel arena,
 deinde spiritus eliciatur per B. M.

vase diligentissimè obturato asser-
uandus.

V S Q V E B A C H.

- & Aquæ vitæ fortioris libras vi-
ginti quatuor.
infunde Glycyrrhizæ librâ vnâ.
Vuarum passarum libram di-
midiam.
Caryophyllorum vnciam di-
midiam.
Macis.
Zinziberis ana. drachmas duas.
seruetur colatura pro vsu.

**AQVA MAGISTRALIS
FALLOPII, EXTERNIS
VSIBVS DICATA.**

& Aquarū Plantaginis.

Rosarum ana. libram
vnam.

Aluminis Rochæ.

Sublimati ana. drach-
mas duas.

Alumen & Sublimatum teran-
tur, deinde ponantur cum aquis
in vas vitreum angusti oris, bulli-
antq; simul ad consumptionem
medietatis, deinde stent per dies
quinque vt desideat Sublimatū,
& scæx aluminis, postea effunda-
tur aqua Limpidissima, & serue-
tur in vase vitreo.



VINA MEDICATA.

VINVM ABSINTHITES.

℞ Absinthij ficci manipul. pro
vnoquoque Congio vini, im-
mittatur in vas benè obturatū
& sic maneat in infusione.

VINVM ANTHOSATVM.

Fit eodem modo, quo vinum Ab-
sinthites. Et sic fit etiam vinum
Euphragiæ, vt & reliqua.

VINVM SCILLITICVM. GALENI.

℞ Scillæ albæ montanæ circiter
canis ortum collectæ libram
vnam.

Per dies decem in vmbra refrige-
ra, deinde scillæ laminas refrigera-
tas in vitreum vas mitte, & super-
infunde vini albi veteris sextarios
duodecim, & suspensum vas per
dies quadraginta habeto, postea
scillam exime & abijce.

ACETA.

VINA MEDICATA

VINUM SCHELIICVM
VNA

Scilla alba montana cicut
caus orum collicie sicut
vna
Lecithina de curia vna
in distilla tamper
in in vna vna
distilla vna
duodecim & suspensa vna
dies quadraginta
solum crine

VINUM ASSINTHITUM

Et ablatum facti
vnaque Congio
mixtur in vna
Et sic manent in

VINUM ANTHOZIVM

Et colatum modo
sicut. Et sic in
vnaque

ACETA



ACETA.

ACETVM DISTILLATVM.

℞ Aceti optimi quantum sufficit impleatur alembicum ad tertiam tantum partem, imponatur vas in cineres, & distilletur primo lento igne vt phlegma separetur, deinde sensim ignem augendo tandem forti absoluetur.

ACETVM ROSACEVM.

M E S.

℞ Rosarum rubrarum mediæ maturitatis præfectis & abiectis vnguibus, absque rore, sine pluuiâ collectarum, in vmbra extra solem ad triduum aut quatrimum expansarum & reficcatarum libram vnam.

Aceti sextarios octo.

Insoluentur diebus quadraginta, deinde reponantur, vel (quod

melius est) abiectis folijs corruptis acetum coletur ac reponatur; mutari etiam folia Rosarum possunt, & sic odore gratius fiet acetum.

ACETVM SAMBVCINVM.

M E S.

Fit ex floribus siccatis Sambuci vt Rosaceum.

Eodem modo parari possunt Aceta ex floribus Siccatis.

Anthos.

Calendulæ.

Sambuci.

Tunicæ. &c.

ACETVM SCILLITICVM.

M E S.

Scillæ laminæ inter corticem & cor mediæ ex arte purgatæ & in taleolas sectæ soli, aut remisso calore exponantur per triginta aut quadra-

quadraginta dies, dein libra vna minutim concisa (cultro è candi-diore ligno parato, aut eburneo) in lagenam demittatur, optimi acetii libris sex vel octo affusis, vasculum rite obturatum ne quid exhalet, exponatur æstiuo tempore radijs solaribus, triginta aut quadraginta dies: postea aperto vase totum transcolabitur, & lagenis diligenter oclusis adseruetur.

ACETVM THERIACALE.

NORIMBERG.

℞ Radic: Chelidoniae maioris vnciam vnam semis.

Angelicae.

Ostrucij.

Gentianæ.

Bistortæ siue Serpentariae.

Phu veri.

Pimpinellæ.

Dictamni albi.

Helenij.

Zedoariae ana. drachmã vnam.

Plantaginis maioris drachmã vnam semis.

Folior: Pilosellæ.

Saluiæ.

Scabiosæ.

Scordii.

Cardui benedicti ana. manipul. dimidium.

Corticum &

Semin: Citri ana. drachmã vnam semis.

Boli Armeni Orientalis drachmam vnam.

Croci drachmas tres.

Cornu Ceruini drachmam vnam semis.

Ex his Crocus, Cornu Ceruinum, Dictamnus, & Bolus Armenus in linteo ligentur, ac macerentur in libris quinque acetii acerrimi per plures dies in vase fictili vitreato benè clauso ad temperatũ calorẽ. In colatura dissoluantur.

Theriaca optimæ drachmæ quinque.

Et sæpius conquassentur & seruentur ad vsum.

ACETVM THERIACALE.

DOCTORIS MATERNII.

Optimum etiam parabitur Acetum Theriacale, si aquæ Theriacalis propria sectione descriptæ magmati addantur Caryophyllorum vnciæ duæ, florum Lauen-dulæ, vncia vna semis, atque affundantur acetii Rosacei & Sambucini acerrimi ana. pintæ quatuor, fiatque sine ebullitione digestio in fimo per octiduum, mox per manicam colatura.

DECOCTA.



DECOCTA.

DECOCTVM CARMINATIVVM.

℞ Semin: Anisi.
Dauci.
Fœniculi.
Cumini.
Carui ana. drachmas tres.
-Florum: Chamomillæ manipul. dimidium.
Vuarum Passarum vnciam vnam semis.
Coque in libris duabus aquæ ad medietatem ferè.

DECOCTVM COMMVNE PRO CLYSTERE.

℞ Maluæ.
Violæ nigræ.
Parietariæ.
Beta.
Mercurialis ana. manipul. vnum.
Semin Fœniculi vnciam ~~semis~~ semis.
Coquantur in f. q. aquæ.

DECOCTVM COMMVNE, PRO MEDICINA, GVATNERII.

℞ Hordei mundati pugil. vnum.
Prunorum dulcium numero sex.
Vuarum Passarum.
Glycyrrhizæ ana. vnciam dimidiam.
Sem. Anisi.
Fœniculi ana. drachmas duas.
Æstate adde,
Semin: quatuor frigidorum maiorum ana. drachmas duas.
Flor: trium Cordialium ana. Pugil. vnum semis.
Fiat decoctio in libris duabus aquæ ad partis mediæ consumptionem.

DECOCTVM EPITHYMI, M E S.

℞ Myrobalanorum Indorum.
Stæchados Arabicæ.
Vuarum Passarum.
Epithymi ana. vnciam vnam.
Myrobalanorum Chebulorum.
D Fumiterræ

Fumiterræ ana. vnciam dimidiam.

Folior. Senæ vnciam vnam.

Polypodij Quercini drachmas sex.

Turbith albi vnciam dimidiam.

Eupatorii drachmas quinque.

Seri lactis Caprini, vel vaccini libras tres.

Bulliant omnia simul præter Epithymum ad consumptionem librarum duarum, tunc adde Epithymum & semel feruefac : tolle ab igne, & adde,

Hellebori nigri drachmam vnam.

Agarici drachmam dimidiam.

Salis Indi drachmam vnam semis.

Stent per octo horas vel decem macerata ; facta deinde optima expressione colentur.

DECOCTVM FLORVM
ET FRVCTVVM.

℞ Caricarum numero quinque.

Prunorum Damascenorum numero quindecim.

Iuiubarum.

Sebesten ana. numero viginti.

Tamarindorum vnciam vnam.

Florum Rosarum.

Violarum.

Boraginis.

Buglossæ ana. drachmam vnam.

Capillorum veneris.

Lupulorum.

Endiuæ ana. manipulum dimidium.

Glycyrrhizæ drachmas duas.

Incidantur & contundantur pro vsu, & in libris tribus aquæ fontanæ decoquantur ad tertiæ partis consumptionem.

DECOCTVM PECTORALE.

℞ Vuarum Passarum mundatarum vnciam vnam.

Sebesten.

Iuiubarum ana. numero quindecim.

Dactylorum numero sex.

Caricarum pinguium numero quatuor.

Hordei purgati vnciam vnam.

Glycyrrhizæ vnciam dimidiam.

Capillorum veneris manipulum dimidium.

Hyssopi drachmas duas.

Incidantur & bulliant in libris duabus semis aquæ fontanæ ad libram vnam.

DECOCTVM SENÆ.
GEREONIS.

℞ Foliorum Senæ vncias duas semis.

Zinziberis drachmam vnam.

Florum

Florum Boraginis.
 Violarum.
 Rosarum rubrarum.
 Anthos ana. drachmas
 duas.
 Radic: Polypodij Quercini vnciam
 dimidiam.
 Vuarum Passarum purgatarum
 vncias duas.
 Sebesten.
 Prunorum ana. numero
 duodecim.
 Aquæ fontis libras qua-
 tuor.
 Fiat decoctum secundum artem
 ita vt Sena parum ebulliat, & vas

optimè obturatum per sex horas
 dimittatur, deinde exprimatur.

LAC VIRGINEVM EXTER-
 NIS VSIBVS DICATA M.

R Aluminiis crudi vncias qua-
 tuor.
 Decoquantur ad tertias in aquæ
 fontanæ libris duabus, postea
 R Lythargyri libram dimidiam.
 Aceti vini libram vnam femis.
 Decoquantur ad libram vnam co-
 lentur & commisceantur ambæ
 aquæ.

D 2

POTIO.

Potio vulneraria, vulgo decoctum Sclopetarium.

R Cancrorum fluuiialium calcinatorum, & in puluerem subtilissimum redactorum drachmas duas.

Radicum Aristolochiæ rotundæ, & Consolidæ maioris.

Foliorum Brunellæ.

Baccarum Lauri ana. drachmâ vnam.

Omnia contusâ leuiter, includan-

tur nodulo lino raro, & bulliant in libris tribus vini albi, ad tertie partis consumptionem, addendo circa medium decoctionis Vincæ Peruinæ pugillum vnum. Fiat colatura ad vsum.

Istud autem decoctum paretur saltem in rem præsentem iubente medico.

POTIO

D

SYRVI



SYRVPVPI SIMPLICIORES
VNA CVM EORVM COM-
POSITIS, QVI SVNT IN VSV.

SYRVPVS ACETOSVS
SIMPLEX, LONDI-
NENSIS.

℞ Sacchari albi libras quinque.
Aceti vini albi libras duas fe-
mis.

Coquantur in syrupum f. a.

SYRVPVS ACETOSVS
SIMPLEX, MESVÆ.

℞ Aquæ purissimæ libras qua-
tuor.

Sacchari albi libras quinque.
Coquantur despumando ad con-
sumptionem medietatis aquæ,
tum affunde

